idem quod dico de matre, habet locum in auia. Ita dicit gl. in l. ne-
ſennius. ff. eo. ¶ Uenio ad ſecundam partem, hic dicitur, repeten-
di animo feciſſe oſtenderis. Quero, quando hoc oſtendetur. Gloſſ.
dicit, ꝛ bene, eo ipſo quod non probatur contrarium, preſumitur
feciſſe animo repetendi in expenſis, que ſunt facta circa res, ꝛc.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Alimenta. Quando patronus, vel frater pre-
ſtat alimenta ſorori diuiti, poterit repetere, vel imputare, vide do.
Petr. in conſil. ccxviij.

b POMA. ¶ L. neſennius. Hoc declara vt per Are. conſ. cl. in ſimi-
li. Alex. conſ. xcix. vol. ij. vbi ponit, an expenſe pro aliquo redimen-
do, maxime a fratre, poſſint repeti, ꝛ vide etiam Bal. cōſ. l. in v. par.

LEX XII.

**Si filius.** Si ſoluit filius pro patre animo re-
petendi, poteſt repetere hoc dicit.
¶ Quero, quid in dubio, vtrum preſumatur facere
animo donandi, vel animo repetendi. Ioan. hic dicit
quod animo donandi in dubio. Uide gl. ſed mihi vi-
detur quod hec lex dicat contrarium, quod in dubio
non preſumatur animo donandi. Nam primo dicit, quod ita de-
mum non repetit, ſi habuit animum donādi. Secundo dicit, quod
ſi ſoluit pro patre gerendo negotiū ſimpliciter, nec apparet vtrum
animo donandi, vel non donandi, quod poteſt repetere, quia pre-
ſumitur feciſſe animo repetendi. Et vide text. qui manifeſte hoc
dicit, hoc etiam probatur ſ. l. proxi. in ſimili, nam non preſumitur
expendiſſe animo donandi niſi in his que fiunt circa perſonam, vt
ſ. proxi. vidiſtis. Hoc autem eſſet clarum, ſi poneremus filium geſ-
ſiſſe ex neceſſitate, puta quia pro patre fideiuſſerat, vel eius fideiuſ
ſores ſuſceperat, quia tunc non videtur ſoluere animo donandi, vt
ff. famil. erciſcun. l. heredes. §. ſi filiuſfa. ꝛ l. ſi dubitetur. §. filius. ff. de
fideiuſſor. ¶ Quero, de quo ſoluit hic filius pro patre? Certe intel
ligas de peculio profectitio, non eſt locus diſtinctioni huius l. quia
cum illud pertineat ad patrem, ꝛ etiam ad coheredes, non poſſet
repeti, vt j. fami. erciſcund. l. certum. ſi loquimur de peculio aduen-
titio, poteſt hec lex procedere ſecundum iura hodierna, vt poſſit
filius repetere a coheredib. vel etiam ab ipſo patre, in caſibus, in
quibus ſibi non queritur vſuſfructus. Si ponis quod ſoluit de pe
culio caſtrenſi, vel quaſi, procedat ſine ſcrupulo, quia in eo habe-
tur vt paterfamilias, vt l. ij. ff. ad Maced. ꝛc.

LEX XIII.

a **Quod** In vxorem [a]. Expenſe in curando vxorem facte
non repetuntur, ſecus in expenſis funeris eiuſ-
dem hoc dicit. ¶ Quero, quid ſi vir fuerit proteſtatus ꝙ
illas expenſas faciebat animo repetēdi, vtrum poſſit repetere? Ui-
detur quod ſic, vt l. neſennius. ff. eod. Et pro huius queſtionis de-
claratione, habemus videre vtrum maritus teneatur de neceſſita-
1 te expendere in vxorem egram † vel, non quia ſi tenetur, licet prote-
ſtaretur, non repeteret, vt habuiſtis no. ſ. eo. l. alimenta. Debes er-
go ſcire, quod quandoque eſt talis infirmitas, per quam vxor non
prohibetur eſſe in obſequio viri, tunc ſine dubio debet eam alere, ꝛ
ꝛ curare. arg. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commu. de ope. lib. l. ſicut. con-
iuncta l. verbo, victus. de verb. ſig. ꝛ tūc proteſtatio nihil operatur.
Quandoque mulier propter infirmitatem prohibetur eſſe in ſerui-
b tio viri, abſque ſua culpa, [b] tunc ſiquidem eſt dotata vir debet face-
re expenſas in curando eam, ſecundum quantitatem dotis, vt l. ſi
cum dotem. §. ſin autem. ff. ſol. mat. Et quantum ad illud nihil ope-
raretur proteſtatio in contrarium. In eo vero ꝙ excedetur quan-
titas dotis, dic vt dicam j. quando nō erat dotata. Si vero mulier
non erat dotata ſi quidem habebat aliunde vnde poſſet curari, vel
ſupererat pater, qui ad hoc tenetur, tunc maritus non tenetur in
eam expendere, ꝛ tunc habet locum lex iſta, quod expenſa ſimpli-
citer facta videtur facta affectione maritali, ſed ſi eſſet proteſtatus,
poſſet repetere, argu. l. Neſennius. ff. eod. ꝛ l. quod ſi nulla. ff. de reli.
Si vero nullus alius erat ad quem ſpectaret, nec ipſa aliunde ha-
bebat, tunc maritus ipſe neceſſe habet facere, vt dict. l. quod ſi nul-
la. ꝛ j. vnde vir ꝛ vxor. authen. preterea. ꝛ tunc proteſtatio nil ope-
raretur. alias autem quando vir teneatur alere vxorem, tangit
Dyn. in dict. §. ſin autem in ſeniſſimo. ꝛ Cyn. hic.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Quod in vxorem. Iſtud procedit ſolum in expenſa
facta pro vxore infirma, ſecus pro ſana. vide Alexand. in l. inſula. §.
vſura. ff. ſolut. matr.

b ¶ Sua culpa. Adde late de hoc per Ro. conſi. dvij. Abba. conſil.
lxxxv. ꝛ que poſui in l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſol. mat.

LEX XIIII.

1 ☞ Actio negotiorum geſtorum, vt competat mulieri, vel contra
eam, quid requiratur.
2 Libellus in actione negotiorum geſtorum, quid continere debeat.

**Si mandatum.** Mandatum mariti nō im-
pedit hanc actionem dari
inter gerentem ꝛ mulierem. h.d. Primo expediam ſecun-
dam gl. poſtea reuertar ad primam. ¶ Opp. niſi interuenerit man
datum non habet locum hec actio. Inſtitut. de oblig. que ex quaſi
contractu. §. j. Sol. Hic non interuenit mandatum inter gerentem,
ꝛ vxorem, ſed inter maritum ꝛ gerentem. ¶ Item opponitur de l.
ſi mandauero. §. ſi curator. ff. mandati. Gl. ſoluit optime. Dic vt in
1 gl. ¶ Uenio ad gl. primam, † quero vtrum ad hoc vt actio negotio
rum geſtorum competat mulieri, vel contra eam, ſit neceſſe vt eius
contemplatione ſit geſtum, Ioan. dicit quod ſic. Gl. videtur con-
tra. ꝛ vide gl. j. ꝛ iſta opi. Ioan. eſt contra hanc legem de directo in
principio, vbi dicit, ſi mandatum ſolius mariti ſequitur ergo appa
ret quod non fuit cōtemplatione vxoris, ſed ſolum contemplatio-
ne viri mandātis. ¶ Et ideo pro declaratione huius paſſus debe-
tis ſcire quod quandoque quis gerit negotia alterius, ꝛ non ha-
bet animum obligandi aliquem, quia forte putat negotium eſſe
ſuum, vel pro ſe factum, tunc iſta actio nō oritur, ſed habet locū re
tentio, vt l. ſi in area. de condictione indebiti. Fallit in poſſeſſore he
reditatis, vt l. ſi pene. § primo. ꝛ l. repetitio. de condictione indebit.
¶ Quandoque habet animum obligandi alium, tunc ſi quidem
ille eſt dominus, ad quem ſpectat principaliter negotium, non eſt
dubium quod habet locum hec actio, vt in toto tit. iſto hic, ꝛ ff. eo.
Si vero non eſt dominus, ſi quidem ad eum pertinebat negotium,
quod geritur cura vel ſolicitudine ſolū, hoc nō impedit quin actio
negotiorum geſtorum oriatur contra verum dominum licet eius
contemplatione non ſit geſtum, vt ſ. eod. l. qui pupille. ꝛ l. ſi pupilli.
in princip. ff. eo. Si vero ad eum cuius contemplatione gerebatur,
non pertinebat cura, ꝛ ſolicitudine, tunc ſi quidem ad eum poterat
quoquo modo pertinere, actio negotio. geſtor. non dabitur contra
verum dominum vt l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. eo. niſi negotium fue-
rit geſtum nomine ſerui vel filij, qui habebant peculium, vnde ad
eos pertinebat, ꝛ poterāt obligari ſaltem naturaliter. Si vero nul-
lo modo pertinebat ad eum cuius contemplatione geritur, ꝛ tunc
oritur iſta actio contra verum dominum, cuius contemplatione
non eſt geſtum, vt l. item ſi cum putaui. §. ſi. ff. eo. ꝛ hoc modo debe
2 intelligi hec materia. Ex predictis † habes videre, vtrum ſit neceſ-
ſe in libello, vel in articulo poni, vtrum negotium fuerit geſtum
contemplatione eius, contra quem agitur, vel vtrum ille contra
quē agitur, geſſerit contēplatione agentis. ¶ Sed quero in caſib'
in quibus hoc debet probari quod alterius contemplatione ſit ge
ſtum, qualiter hoc probabitur. Reſpondeo ſufficit quod gerens
ſciat negotium ad eum pertinere, quia in dubio videtur gerere
eius contemplatione, vt l. ex maleficijs. §. j. ff. de actio. ꝛ obligatio.
Inſtit. de obligationi. que ex quaſi contractu. §. primo. ¶ Quero,
ꝛ redeo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

credeo ad glo.vlti.hic poſitam vtrum inter maritum,⁊ vxorem in
caſu huius legis habeat locum actio negotiorum geſtorum: Cer
te ſic,nam maritus videtur geſſiſſe per alium,vt l.nam ⁊ Seruius,
§.fina.ff.eod.⁊c.

LEX XV.

a Si paterno.[a]Expenſe facte circa perſonā pri/
uigni,non repetuntur,niſi fuerint
facte animo repetendi.h.d. ¶ Quero quando quis de/
bet probare animo repetendi ſe feciſſe, q̄ eſt preſumptio contra
eum,qualiter hoc probabit: Dicūt quidam, quod probabitur ex
proteſtatione,vt l.Neſennius.ff.e.Poteſt etiam probari ⁊ alio mo
do,dicit gl.⁊ nihil plus dicit.quomodo erit alio modo: Certe pōt
intelligi directe,vt puta,q̄ quando expendebat,faciebat librū ra/
tionum,in quo continebatur,talis tenetur mihi in tantum ꝙ pro
eo expendi,vt d.l.neſennius.Poteſt etiam probari ex cōiecturis,
que ſumuntur ex qualitate perſone facientis , vt dixi in l.ij.§.eo/
dem. Item ex qualitate perſone eius , pro quo fit, vt diſtingua/
* mus,an illa erat in ſeruitio in domo vitrici,aut nō,que *diſtinctio
eſt valde notabilis,⁊ vide glo.quod tene menti. ¶ Ultimo quero,
in quibus ceſſat iſta actio negot.geſtorum. Gloſſ.hic enumerat.⁊
vide eam,⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Si paterno.Adde Lud.Roman.in conſi.cclij.pro his que hic
dicuntur.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Que diſtinctio.Et quidem cum fratre,
vel patruo qui dedit pecuniā pro doctoratu fratris , vel nepotis,
Uide Alexan.conſi.cxlij.in fin.vol.ij.

LEX XVI.

Si negotium.Expenſe facte pro rebus ſoro
ris, repetuntur hac actione,
vel mandati,ſi interceſſit.h.d. ¶ Querit hic glo.vtrum ſit
differentia inter rogare,⁊ mandare: Certe nulla eſt differentia, vt
l.j.§.fin.ff.man.⁊c.

LEX XVII.

1 ¶ Directa actio nego.geſtorum quare dicatur directa.
3 Actio quando dicatur directa reſpectu vtilis.
4 Interdictum vnde vi,licet loquatur in edibus,tamē habet etiam
locum in fundo.
7 Cedens quando poſſit ſolutionem recipere,⁊ debitorem liberare.
8 In actione nego.geſtor.contra heredes,quando venit dolus,⁊ la
ta culpa.
9 Heres geſtoris neceſſarij,vel voluntarij , quando teneatur in mi/
nus quam defunctus.
10 Heres geſtoris an teneatur de leui culpa ſuijpſius.

Curatoris.Contra heredes geſtoris ex neceſſi
tate datur hec actio vtilis , in qua
venit dolus,⁊ lata culpa,⁊ hoc officiū ad heredes nō trā
a ſit.h.d. ¶ Pro declaratione iſtius materie[a] primo habemus vide
re differentiam inter actionē vtilem,⁊ directam.Et ad hoc decla/
randū eſt facta j.⁊ ij.gl.huius l.Et gl.noſtra pro huius declaratio
ne primo vult videre,vt ſciamus quid eſt dictū,directa.Secundo,
1 vt ſciamus quid eſt dictum vtilis directa.†Dicit gl.dicitur diuer
ſis reſpectibus.Uno modo directa dicitur reſpectu cōtrarie,vt ẜ.
eo.l.ſi mandatum.Alio modo dicitur directa reſpectu vtilis,⁊ ita
2 aſſumitur hic.†Et primum qn̄ actiones diſtinguant̄ per actionem
directam,⁊ contrariā.Ponit hic gl.⁊ clarius in l.cōſenſu.de actio.
⁊ obli.tamen in aliquibus deficit.ideo dic,qđ quandoqȝ eſt aliqs
contractus,in quo non variatur nomen contractus , nec nomen
contrahentiū,vt in contractu ſocietatis,tūc ex vtraqȝ parte actio
eſt directa,nec diſtinguitur inter directā,⁊ contrariam,vt in ti.pro
ſocio.ff.⁊ C.⁊ Inſti.eod.Quandoqȝ variatur nomen contractus,⁊
contrahentiū,vt in emptione,⁊ vendit.locatione,⁊ conductione,⁊
hoc caſu non diſtinguit̄ actio per directam,⁊ contrariā,ſed cuili/
bet cōpetit ex nomine ſuo,vt mihi ex empto,tibi ex vēdito,⁊ mihi
ex locato,tibi ex conducto.Quandoqȝ variatur nomen contrahē
tium ſeu quaſi,non autē variatur nomē cōtractus,vel quaſi.Iſto
caſu quandoqȝ iſta variatio contingit,q̄ nomen deſcendit a no/
mine,vt mandans,⁊ mandatarius,deponens ⁊ depoſitarius,com
modans ⁊ commodatarius ⁊ his ſimiles,tūc variatur actio inter
actionem directam,⁊ contrariam.nam directa cōpetit ei, qui ha/
bet nomen primitiuum.Contra ei,qui habet nomen deriuatū , vt
ẜ.eo.l.ſi mandatum.⁊ in toto tit.ff.depo.ff.commod.ff.manda.⁊ C.
Quandoqȝ variatur nomen contrahentiū,vel quaſi, ⁊ nomen nō
deſcendit a nomine,⁊ non variat̄ nomen cōtractus vel quaſi,vt in
cōtractu pignoris vnus vocatur creditor,alter debitor,ſȝ ex vtra
que parte iſte contractus vocatur pignus. Idē in negotio geſto,
vnus vocatur gerēs,alter dominus,⁊ tamē ex vtraqȝ parte vnus
dicitur quaſi contractus.ſ.negotiorū geſtio,tamen iſta actio diui
ditur in actionē contrariam,⁊ directam,directa cōpetit ei,ad quē
res pertinet,contraria competit alteri,vt ff.de pig.ac.l.tutor.§.cō
trariam,⁊ per totum ti.C.⁊ ff.eo.⁊ iſtis caſibus,tam directa, quam
contraria dicitur directa reſpectu vtilis,de qua dicā ꝫ. ¶ Secun/
3 do eſt videndum,quando†dicitur directa reſpectu vtilis,⁊ hic ad/
uerte, Directa, ⁊ vtilis, dicitur diuerſimode. Uno modo dicitur
vtilis reſpectu directe, que alijs caſibus cōpetit, nō in illo de quo
loquimur.⁊ hoc proſequitur gl.noſtra hic. Alio modo dicitur vti/
lis reſpectu directe,que eodem caſu competit,⁊ iſtud gl.non proſe
quitur hic.Dico primo dicitur vtilis reſpectu directe,q̄ alio caſu
competit.Ponit glo.exemplum, quando vno caſu habent locum
verba,⁊ mens legis,tunc habet locum directa,quando in alio ca/
ſu,habet locum mens legis,⁊ non verba, tunc habet locum vtilis.
Probat gl.ff.eo.l.iij.in prin.⁊ §.ſed ſi quid.vbi edictum pretoris lo/
quitur de eo qui gerit negotia domini viuētis,vel negotia que fue/
rūt mortui.§.ſed ⁊ ſi quid pretor loquitur de eo qui gerit negotia,
que non ſunt viuentis,nec fuerunt mortui.vnde cum deficiant ver
ba,habet locum vtilis. ¶ Item poteſt poni exemplum , hoc edi/
ctum de neg.geſt.habet locum in eo qui gerit ſponte, in eo qui ge/
rit coacte,non habent locum verba,ſed mens, ideo habet locū vti
lis,vt hic,⁊ vide gl.in prin. ¶ Iſtud dictum gl.reprehenditur per
doc.nam vbicunque habet locum mens legis,tunc oritur directa,
4 licet verba deficiant. Uidiſtis expreſſum in l.j.ꝫ.vti poſſi.vbi † licet
interdictum loquatur de edibus,tamen habet locum in fundo di/
rectum.Probatur in l.non dubium.ẜ.de leg.eſt text.in l.nominis ⁊
rei.§.verbum.ff.de verb.ſign.⁊ in l.iij.in fi.⁊ l.ſeq ff.de legi.tuto.Di/
5 cendum † eſt ergo aliter ſecundum doct.Actio directa tunc habet
locum,quādo habent locū verba,⁊ mens legis, vel mens tantū, vt
dictis legibus.Actio vtilis habet locū, quando nō habent locum
verba,nec mens legis,ſed per Iuriſconſultū illa lex extēditur pro/
pter identitatem,vel ſimilitudinē rationis,vt l.pe.ff.ſi quadru.pau
pe.feciſ.dica.ita loquitur hic. Nam edictū de neg.geſt.loquitur de
gerente ſponte, nec ibi verba , nec mens pretoris , fuit de gerente
neceſſario,ſed per Iuriſconſultum ad ipſum extenditur,ideo tunc
habet locum vtilis.Ita debetis intelligere hanc materiā. ¶ Item
debetis ſcire,dicit gl.quod iſta variatio quandoqȝ conſiſtit in per/
ſona actoris.quandoque in perſona rei.In perſona actoris fit va/
riatio per nomina,vt directa,⁊ vtilis in perſona rei fit variatio per
aduerbia,vt directe,⁊ vtiliter.Ideo ſi aliquis gerit ſponte,ipſe ha/
bet actionem negotiorū geſt.directam,ſi gerit coacte,habet vtilem
ſi gerit negotia domini,vel mortui,habet directo directā,ſi neutrū
horum fuerit,habet vtiliter directā, dicit gl.in ſic poteſt eſſe quod
habet locū directa directo,⁊ directa vtiliter,vtilis directo, ⁊ vtilis
vtiliter.Et idem gl.dicit in rei vendicatione, ⁊ petitione heredita/
tis.Et idem not.ff.de rei vendicatione ſuper rub.doc. Ultramont.
contra,⁊ dicunt veritatem,iudicio meo. Iſta diſtinctio nominum,
⁊ aduerbiorum eſt diſtinctio magiſtralis, que lege non reperitur,
quinimo nec eſt bona diſtinctio. nam iſte diſtinctiones habent ſua
principia.vnum ex parte actoris aliud ex parte rei.Et ſi quod iſto
rum deficit, non poteſt dici directa, ſed dicitur vtilis. vnde falſum
eſt,quod dicamus directam vtiliter.poſito enim quod ego ſim do/
minus,ſi ex perſona conuenti nō poteſt habere locum vendicatio,
vel hereditatis petitio,vel iſta actio directa,dicetur tota actio vti
lis.Caſus eſt.ff.de noxa.l.electio.§.j. ¶ Secundo modo dixi.quod
6 dicebatur vtilis reſpectu†directe,que competit eodem caſu vt di/
recta competit cedenti,vtilis ceſſionario,eodem caſu,directa here
di,vtilis fideicommiſſario,vel directa procuratori, vtilis domino.
vt in l.in cauſe,in fin.ff. de procur. Et differunt iſte actiones vtiles
inter ſe, quia vtilis de qua loquor, ſi cedatur, nihil remanet apud
cedentem,q̄ ſolum illam vtilem habebat, vt ꝫ.de heredi.vel actio.
vendi.l.emptor.⁊ l.ex aiſe.⁊ ibi not.ad Trebel.⁊ eſt tex.in l.j.§.de il/
lo.eo.titu.Alia vero vtilis,de qua.ẜ.dixi.que dicitur reſpectu dire/
cte,que alio caſu competit,licet in alium transferatur.tamen rema
net apud cedentem, ⁊ ſic poterit dici directa, reſpectu vtilis, que
competit ceſſionario.Exemplum in bonorū poſſeſſore.de iure pre/
torio,qui reſtituit hereditatem, nam apud eum remanet vtilis de
iure pretorio,in fideicommiſſarium tranſit vtilis per Trebel.vt l.j.
§.bonorum.ff.ad Trebel.⁊ l.recuſare.§.j.eo.tit. Ita intelligo hic,ſi
minor cederet actionem vtilem cōtra curatorem, etiam apud eum
remanet, argu. dictorum iurium. ¶ Iſtud eſt vtile ad queſtionem
7 de facto, † nam ille qui cedit propter virtutem directe, que rema/
net apud eum,poteſt ſolutionem recipere,⁊ debitorem liberare, ni
ſi in certis caſibus,qui ponuntur in l.iij.ꝫ.de noua.ſed ſi apud eum
nihil remaneret,tunc ſecus,⁊ iſta ſunt ſubtilia,⁊ menti tenenda.
Sumus expediti de duabus primis glo.⁊ dicitur hic,ꝙ
8 cōtra heredes in hac actione,† nō venit niſi do
lus,⁊ lata culpa. ¶ Oppo.ad hoc ꝫ.de here.tut.l.j.ij.⁊ iij. Sol.Fa/
teor quod nō venit niſi dolus,⁊ lata culpa.Fallit in tribus caſibus
qui ponūtur in legibus contrarijs. ¶ Opp.j.arbi.tute.l.quicquid.
⁊.ꝫ.eo.l.tutori.Sol.Fateor,ꝙ ipſe curator tenet̄ de dolo,⁊ lata cul/
pa,⁊ leui.ſed heredes eius nō tenent̄,niſi de dolo,⁊ lata culpa.Fal/
9 lit in tribus caſibus,quos ẜ.dixi. ¶ †Quero circa iſtā partem, de

duabus queſtionibus. Primo vtrum hoc ſit verum in herede ge-
ſtoris voluntario, ſicut hic in herede geſtoris neceſſario, vt tenea-
tur in minus heres, quã defunctus. Gloſ.hic dicit quod nõ immo
dicit ꝙ in voluntario geſtore in tantũ tenetur heres in quantum
defunctus tenebatur. Idem not.in l.acti.ff.eo.Contrariũ not.ff.eo.
l.iiij.§.hec actio.ff.de acti.⁊ obli.l.ex depoſiti.cõmuniter omnes te-
nent gl.hic poſitã,⁊ ſimiles,quia in geſtore voluntario iſta differen
tia nõ reperitur in aliqua.l. ¶ Quero,iſtud eſt verum, quod heres
10 non tenetur niſi de dolo,⁊ lata culpa defuncti,an teneatur † de leui
culpa ſuijpſius heredis,in eo quod ipſe geſſerit? Gl.dicit hic,quod
ſic,⁊ vide gl. Contrarium videtur in l.cũ oſtendimus.ff.de fideiuſſ.
tu.Sol.Ibi loquitur quando geſſit aliquid, quod habebat gerere
neceſſe,hic quando geſſit illud,quod gerere non habebat neceſſe.

ADDITIO.

a IO.FR.RV. ¶ Iſtius materie.Adde Bart.in l.j.ff.de actio.⁊ obli-
ga.⁊ Bartol.⁊ Bald.plene de hac materia, directe ⁊ vtilis. in l.j.ſ.
eodem titu.

LEX XVIII.

**Ob negotium.** Hec actio eſt bone fidei, ſiue ſponte,ſiue ex neceſſitate geratur ideo ex mora in ea veniunt vſure,hoc dicit.

LEX XIX.

**Ab vno.** Etiam pro communi negotio,habet locum hec actio,hoc dicit breuiter in ſumma ⁊c.

LEX XX.

1 Officium procuratoris,quando ſit voluntarium.
2 Geſtor quando teneatur etiam de neglectis.
5 Geſtor vnius negotij tantum an teneatur a ſeipſo debita exigere.

**Tutori** Tutor ⁊ curator differunt a geſtore,quia
ipſorum officium eſt neeceſſarium, ⁊ fini-
tur neceſſitate ceſſante, ſed officium geſtoris eſt volun-
tarium, ⁊ voluntate propria terminatur. ¶ Item pri-
mus poteſt exercere actionem,ſecundus non,vt vterque etiam de
leui culpa tenetur. h.d. ¶ Diuide.primo ponit differentiam inter
tutorem ⁊ curatorem ex parte vna,⁊ geſtorem ex parte alia,in ad-
miniſtratione inchoanda ⁊ finiẽda.Secundo ponitur vnum quod
eſt commune obligationis vtriuſqꝫ.Tertio ponit differentiam in-
ter predictos in exercendo actiones.Secunda ibi, ſecundum que.
Tertia ibi,de ceteris. ¶ Nota primo ex prima parte differentiam
inter adminiſtratorem voluntarium, ⁊ neceſſarium. ¶ Secundo
nota quod geſtor tenetur de dolo, lata culpa, ⁊ leui. ¶ Ex tertia
parte nota quod ſine actione nemo experitur, ⁊ ſic non poteſt ge-
1 ſtor intentare actionem. ¶ Ad primũ oppo.⁊ videtur † quod offi-
cium curatoris ſit voluntarium,vt inſti.de cura.§.item inuiti.Sol.
Voluntarium eſt ex parte eius,qui datur, ⁊ ex parte eius, cui da-
tur eſt neceſſarium. ¶ Opponitur ad idem de l.ij.§.queritur.de cu
ra.bon.dan.Sol.Ibi loquitur in curatore dato bonis,quod ſupra
dixi,loquitur in curatore adulti. ¶ Item opp.⁊ videtur quod offi
cium tutoris vel curatoris non finiatur pubertate, vt infra vt cau.
poſt puber.tutor adſit in l.j.Solu.Fallit ibi in negotio non perfe-
cto vt ibi dicitur. ¶ Habes expeditam primam gloſ.ſuper verbo,
muneris.venio ad aliã gl.ſuper verbo,voluntas. ¶ Op.⁊ videtur
2 † quod geſtor teneatur etiam de neglectis,vt l.in commodato.§.ſi-
cut.ff.commo.Sol.In iſto paſſu fuerunt opin.inter gloſſ. noſtros,
inter Ioan.ex vna parte,⁊ Gulie.antiquum gloſſ. ex alia. Veritas
eſt iſta,quod diſtinguitur ſic,aut quis incipit gerere,⁊ poſtea illud
omiſit,de illo tenetur,argumen.d.l.in commodato. §. ſicut.ff.com-
mo.⁊ ſ.de actio.⁊ obliga.l.ſicut. Aut non incepit,⁊ tunc aut ab ini-
tio acceſſit vt omnia geſturus,⁊ de omnibus tenetur,vt l.Pompo
nius in negotijs.in fin.cum l.ſequent.ff.eodem.Aut non acceſſit vt
geſturus omnia, ſed vt geſturus quedam, ⁊ tunc aut alius fuiſſet
geſturus omnia,niſi ipſe acceſſiſſet,⁊ tenetur de omnibus,vt l.ſi pu
pilli.§.videamus.ff.eod. Aut alius non erat geſturus, ⁊ tunc non
tenetur, niſi de his, ad que gerenda acceſſit, vt hac l.cum his que
ſibi connexa ſunt vt l.tres tutores.§.ij.ff.de admi.tutor. Quod er-
go hic dicitur,quod voluntas imponit finem adminiſtrationi, in-
tellige de voluntate,quam habuit ab initio,cum acceſſit ad geren
3 dum. ¶ Venio ad ſecundam partem, hic dicitur quod † geſtor te-
netur de leui culpa.Contra ff.eo.l.iij.§.interdum.Sol.Illud,quod
hic dicitur eſt regulare.Fallit in caſibus,qui ibi not. ¶ Item opp.
de l.curatoris.ſ.eo.Solu.Aliud eſt in heredibus adminiſtratoris
neceſſarij quam in ipſo adminiſtratore volũtario.⁊ ibi dixi. ¶ Ve-
nio ad tertiam particulam, ⁊ oppon.⁊ videtur quod geſtor poſſit
4 † intentare actionem,vt l.ſed ⁊ he.de procu.l. maritus.ſ.de procu.
Solu.Ibi poteſt agere,non quia geſtor,ſed quia coniuncta perſo-
5 na. ¶ Quero vtrum geſtor vnius † negotij tantum teneatur debita
a ſeipſo exigere.Gl.paruula que eſt hic ponit duas opi. Tene vlti
mã quod tenetur exigere a ſe illud,quod debet de adminiſtratione
non aliud,quod probatur ff.man.l.ſi non remunerandi.§.apud.ni-
ſi eſſet generalis adminiſtrator,vt hic per doct.

LEX XXI.

**Si cognati** Obligatio perſonalis non impedit libertatem ſerui, ⁊ factus liber non tenetur ex ante geſto, hoc dicit. Dic vt l. Pomponius in negotijs.ff.eod.

LEX XXII.

**Negotium.** Tutor non tenetur de caſu fortuito, hoc dicit hec lex breuiſſima,⁊c.

LEX XXIII.

1 Prohibitio tollit actionem negotiorum geſtorum.
4 Vtiliter expẽdenti poſt prohibitionem,an competat aliqua actio
de equitate.

a **Si Quis nolente.** [a] Prohibitio tollit
actionem negotio-
rum geſtorum in his que poſt prohibitionem gerũtur,ſecus
1 in his que geſta ſunt ante,hoc dicit.Not.† quod prohi-
2 bitio tollit hanc actionem. ¶ Secundo no.† quod proteſtatio po-
3 teſt fieri in ſcriptis,⁊ ſine ſcriptis. ¶ Oppon. ⁊ videtur † quod iſta
prohibitio non prohibeat repetitionem, vt ff. de inſtito. l. ſi quis
mancipijs.§.Proculus.Soluit gloſſ.optime ibi, licet prohibuerit
dominus,tamen non prohibuit ſeruus qui ſeruus poteſt obligare
dominum inuitum de peculio, vel de in rem verſo, vt l. ſi quis ſer-
uum.§.etiam.ff.de pecul. ¶ Opponitur de l.at ſi quis.§.idem La-
beo.de relig. Solu. Speciale eſt in funeraria, que non tollitur per
prohibitionem. ¶ Iuxta hanc legem querũtur duo,vtrum huic
4 vtiliter expendenti † poſt prohibitionem de equitate competat ali-
qua actio? Gloſ.pro ſolutione huius queſtionis,intrat aliam que-
ſtionem ,quando prohibitio non fuit facta expreſſe ſed tacite.v.g.
mandaui tibi,vt emeres mihi codicem pro decem,emiſti pro vigin-
ti,an illa decem vltra poſſis repetere? Et in hoc fuerũt opiniones,
finaliter gl.determinat quod non.Si ergo tacita prohibitio impe-
dit repetitionem, multo magis expreſſa. in prohibitione expreſſa.
Habemus duas glo.contrarias.Vna eſt in l.ſoluendo.ff.eod.Alia
eſt in l.ſi Stichũ in fi.ff.de noua.que contraria eſt huic. Gul.de Cug.
videtur tenere glo.l.ſoluendo per.l.ſi quis mancipijs.§.Proculus.
de inſt.⁊ de relig.l.at ſi quis.§.idem Labeo. Ad iſtã legem reſpon-
det bene,⁊ valde ſubtiliter.hic loquitur quando prohibitio eſt fa-
cta circa adminiſtrationẽ rerum,poſtquã quis non poteſt admini-
ſtrare ſine delicto, nam poſt prohibitionem delinquis ſi ingredie-
ris fundum meum,vel in eo operaris,vt l.diuus.de ſerui.ruſti.pre-
dio.⁊ l.iiij.circa princ.de acqui.rerum do.⁊ ꝙ vi aut clam.l.j.§.quid
ſi vi.ſed queſtio gl.in l.ſoluendo loquitur quando poſt prohibitio-
nem poteſt geri negotium ſine delicto,vt puta conueni ne creditori
meo ſolueres pro me frumentum,⁊ ſimilia,tunc de equitate habet
locum actio non obſtante prohibitione.Licet hec reſponſio ſit bo
na ad hanc legem,tamen eſt contra.l.ſi pro te.ff.mandat.Vnde te-
neas hanc gloſſ.⁊ glo.que eſt in l.ſi Stichum in fin.ff.de noua.Non
ob.§.Proculus,⁊ §.idem Labeo,vt ſupra reſponſum eſt circa con
5 traria. ¶ † Quero,vtrum hoc ſit verum indiſtincte, quod proteſta
tio poſſit fieri in ſcriptis,vel ſine ſcriptis. Breuiter quandoqꝫ pro-
teſtatio ſuccedit in locum actionis,tunc debet fieri in ſcriptis,vt l.
vt perfectius. de anna.excep. Quandoque non ſuccedit in locum
actionis,tũc regula eſt quod poteſt fieri in ſcriptis, ⁊ ſine ſcriptis,
vt hic,⁊ l.ſcire oportet.§.oportet.de excuſa.tuto.Fallit in caſu.ſ.de
non nu.pe.auth.hanc autem querelam. ¶ Quero ſecundo,vtrum
6 † proteſtatio de qua loquitur hic,debeat ſpecialiter fieri,vel in ge-
nere text.hic in principio videtur dicere ſpecialiter.Gl.videtur ex-
ponere ſpecialiter,id eſt expreſſe.Dic ſi quidem volo prohibere ne
gerat negotia mea ſimpliciter omnia, tunc ſatis eſt ſi generaliter
loquatur,nec eſt neceſſe quod res deſignetur,vel negotium nomi-
netur,vt l.de pupillo.§.qui nunciat.de oper.noui nunci.ſed ſi volo
prohibere de aliqua re particulari.illam debeo deſignare, nec de-
beo obſcure loqui, alias proteſtatio nihil operaretur, vt l. aut qui
aliter circa princip.§.j.ff.quod vi aut clam.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si quis nolente. Circa queſtionem quam tangit
hic gl.de emente rem pro pluri vide Paul.de Caſtr. conſil.cxxvij.
incip.ſuper domina.vbi tãgit materiam huius legis,item regulam
huius legis limita non procedere in medico qui medetur infir-
mo,etiam inuito ⁊ in ſoluente pro condemnato corporaliter, vide
Barb.in rubr.extra de ſolu.ad fin.

---

De his que vi, metúſve cauſa geſta ſunt. Rub. XX.

¶ Continua glo.vno modo,⁊ dic vt in ea.Vel aliter dictum eſt de
pactis,⁊ de tranſa. verum, quia predicta fiunt metu, vel dolo ali-
quando,ideo ſubiungitur rubrica de his,que metu,vel vi.⁊ poſtea
de dolo.Quero quare fecit mentionem de vi.Glo.dicit,quod Im-
perator ſecutus eſt antiquam intitulationem ſed hodie aliter, vt
habes in glo.quam vide,⁊c.

LEX